

Feria Sexta.

Psalms. lxxxv

Delina domine aurem tuam et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. **C**ustodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te. **M**iserere mei domine quoniam ad te clamavi tota die: iustificam animam serui tui quoniam ad te domine animam meam leuavi. **Q**uia tu domine suavis et mitis et misere misericordie: omnibus invocantibus te. **A**uribus percipe domine orationem meam: et intende voci deprecationis mee. **I**n die tribulationis mee clamavi ad te: quia exaudisti me. **N**on est similis tui in dijs domine: et non est secundum opera tua. **O**mnes gentes quascumque fecisti. venient et adorabunt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum. **Q**uia magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus. **D**uc me domine in via tua. et ingrediar in veritate tua: letetur cor meum ut timeat nomen tuum. **C**onfitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: et glorificabo